


BIBLIOTEKA

Zakl. Nar. im. Ossolińskich

XVI 3555



842

1



576
ANDREÆ TRICESII
EQVITIS POLONI SE-
CRETARII REGII.

SYLVARVM
LIBER TERTIVS.



AD INCLYTVM HEROEM
Stephanum Batori à Somlio Transylua-
norum Principem & Siculoꝝum Comi-
tem, ingenio & virtute excellens-
tium viroꝝum Patronum in-
comparabilem.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ.

CRACOVIAE
Ex Officina Matthiae Wirzbiet
Typographi Regij.



*Albis cordis rariora epi opera Tricesii
Janochi arbitratur. secundum tantum exempla
vidi*

17.469



De hoc insigni Illustris BATORIANÆ
familix Epigramma,

More Lupi quia TURca rapax, & quilibet hostis
BARbarus in CHRISTI perfurit acer oues,
Excussere Lupis quia dentes talibus olim,
Iurè LUPi DENTES nobile stemma ferunt
Insignes homines BATORina è stirpe creati,
Et faciunt læsi nunc quoq; prorsus idem.
Christiacis serua hanc gentem Deus optime terris,
Proterat hos semper quò violentæ Lupos.

SYLVA PRIMA.

AD ILLUSTRISSIMUM TRAN-
SYLVANÆ PRINCIPEM, ET SICVLO-
rum Comitem, Stephanum Batori à Szomlio,
omni virtutum genere excellentem
virum.

HOc tibi per domito referenti ex hoste triumphum
Tricesij vatis Musa dicavit opus,
O sydus patriæ, **BATORI**, prænobile gentis,
Cui Transylvani obtemperat ora soli.
Atq; utinam maiora breui, quod spero, sequantur,
Ut benè virtutes promeruerè tuæ.
Publica Christiadùm sic res floretet, & altum
Tolleret insigni laude sub astra caput.
Immanes ruerent Scythica è regione latrones,
Qui nostros latè depopulantur agros.
Ipse etiam Eoo qui nunc dominatur in orbe
Militiæ tremeret robora Turcatuæ.
Quisquis & auderet te fortè licessere bello
Bekeffo similis protinùs ille foret.
Pax foret Arctoïs populo quicumq; pruinis
Vritur, & duri Martis ad arma fremit

Nec minus ingenuis honor esset & artibus, olim
 MATthiae Regis tempore qualis erat.
 Historicos, qui tum vixerunt, atq; Poëtas
 Occidui celebres in regione soli,
 Sumptibus hic aluit magnis, illius & inde
 Rerum gestarum gloria summa vget.
 Ut tua venturis Vir magne vigebit in annis,
 Donec erit cælum, terraq; donec erit.
 Illius exemplonam digna domiq;, jorishq;
 Quae sint perpetua laude vebenda, facis.
 Ipse ego sacrata redimitus tempora fronde
 Quod potero Phœbo me stimulante canam.
 Nec dubito, memori mea nulla quod eximet æno
 Carmina, fatorum libera lege, dies.

wiedzcie fasterde mili
 Wiedzcie tym czasem chodzili
 Bellegem stawnego.
 ulacz narodzonego.
 pannu cisej redynego.
 kawciela pusconego



Zniebrestij hrainij
 iy bydmy tam biezeli
 tbydmy drugo toiedzich.
 Biee hredko powiemij wam. Wiedzcie mate tam Zmaidziec
 ho Wiedzcie Wiedzcie nam Lezace patace we Zlobie

SYLVA SECVNDA

AD ILLVSTREM HEROEM,
& Senatorem Regni Poloniae dignissimum, Al-
bertum Lascum Palatinum Syradiensem &c.
De editione librorum Marini Barletij Scodren-
sis, quibus vitam & res gestas Scanderbegi
luculenter complexus est.

LASCE Sarmatiae decus potentis,
Dextro numine qui fauente coeli,
Summo laudibus omnibus parenti
Certas ingenij sagacitate,
Certas eloquij suauitate,
Vi certas animi, atq; celsitate:
Magna sic quoq; liberalitate,
Nostri temporis alter vt doceris
Lucullus meritò, tibiq; surgat
Nullo gloria desitura seculo.

Inter plurima liberalitatis
Nonnè exempla potest & id reponi?
In lucem modò versus eleganter,
Magnis sumptibus à tuo cliente,

Tobicia oflowane.
Wyssokie szelohie patace

A iakoß go tam po
gdij z adnych gnalho
i mamij
w szelohie leki pbow
wot y ofi leti roq
para swoia nani
Szeciokho to Zagrze
Jezusa chrystu
ma
Przy patrosie sie y ty
Abel audzo ziem szym kra
w podte szaty powity
Kiedbal o kamibij
Z tologtowij kapiakel
Inybe szaty w zgardriet
Ibo swo niewoloo
Kieleki tohamiennym am
Kiebsiat koystownego da
Hac pre.
Mierni go Dwon herodow
I pompa sumnyel grodaw.
Mierni szicany malowane

Hac prænobili in arte, Cypriano,
Quod Barletius exeat Marinus:
Qui scripsit calamo satis fideli
Vitam, & fortia gesta Castrioti
Epiri Ducis illius potentis,
Cui magni Macedum dedere Regis
Turcæ nomen ob inclytos triumphos,
Perquàm fortiter ille Barbarorum
Quos tot perdomitis tulit Tyrannis.

Hæc est scilicet ars tua, ut Poloni
Hæc exempla animis sequantur altis,
Quæ et uiam sequeris, Duciq; tanto
Conformes fieri velint, cruentam
Turcarum rabiem suis feroces
A ceruicibus ut subinde pellant.

Molitur patriam vndi quaq; nostram
Hæstis hic inbians Leonis in star
Heu tristi imperio suo subesse,
Dormitis tamen inclyti Poloni,
Nec dum tempus adhuc sinit futuræ
Itis enaui ter obuiam ruinæ.
Sero post sapient Phryges, mouebunt
Ni pericula vos, & excitabunt
Vlcina Vngariæ serè ruentis

Iam Iam

7

Iam Iam funditus, & iugum Valachi,
Moldaviq; alias uti subactas
Tot Europæ, Asiæ, Africæq; gentes
Nostra non numeret dolens Thalia.

Quare desinite oscitantiores
Esse, ac sollicitè caue'te diram
Vestram perniciem, modo s'q; tales
Pacis tempore cogitate belli,
Turcas qualibet expulit paternis
Scanderbegius iste sæpè Regnis,
Cuius gesta dedit legenda vobis
L. ASCVS, cernere cuncta si velimus,
Scanderbegius alter, horridiq;
Belli non minor artibus Magister,
Turcas non minus ille, Barbarosq;
Multabit reliquos malè, irruentes
Regna in Lachiadum, modo id petatis
Hunc in tempora longiora seruet,
Vt cali DEVS arbiter supremi.

SYLVA TERTIA.

HYMNVS IN FESTO EPIPHANIE

niæ Domini.

B 2

Ad Alber.

AD ALBERTVM
PRETOCIVM AMICVM

Charissimum,

Iam sat es longo satiata luctu
Dum meæ casus Erato iuuentæ
Fles, & atrocis diuturna sati
Vulnera plangis.

Pone lugubres habitus, & albo
Spendida ornatu niteas vt olim,
Vt die festo lyricos canamus
Suaniter hymnos.

Hoc die festo, populi frequentis
Læta quem plausu celebrat corona,
Pulchra qua Reges DOMINO Sabæi
Dona dedere.

Sume REX aurum, DEVS alme thura,
Mirram HOMO mortem subiturus atram,
Eruas mortis miseræ vt potenti
Carcere clausos.

Te tremet furæ Dominator aulæ,
Cum suas vires videt usq; frangi,
Quin & ad finem imperij venire
Iura superbi

D B I

En nouum

moiala stana pami scacichu

En nouum Sydus, liquido coruscans
Arduum caelo, Bethleemitarum
Quod peregrinos oriente REGES
Duxit in urbem.

Te nouum SOLEM notat, horrida sq̄
Orbe qui pellens Erebi tenebras,
Corda perfundes populi fidelis
Lumine sacro.

Gentium Reges, quod ad id vocati
Lumen agnoscunt DOMINUM, coluntq̄,
Gratum id exemplum est simili parentum
Sanguine cretis.

Ponat hic fastus Israelitarum
Gens, & hoc cernat bona quod voluntas
REGIS æterni faciat Polorum
Nos quoq̄, ciues.

Et quis immense bonitatis huius
Mente Thesauros capiat? quis omnes
Sigerat linguas simul, ista digno
Efferat ore?

Ergò miremur, nequit expedire
Mens quod, & lingua, & DOMINO supremo
Qua datur dulces recinamus hymnos
Pectore toto

Sed quid Herodes scelerate mira
Arte moliris? Superum nè REGEM
Vituaterris, Stolidisq; technis
Tollere tentas?

Hinc & infantes miseros trucidas?
Ille sed nunquam tua regna poscit,
Regna cælorum parat, & salutis
Gaudia nostræ.

Quò ruis tristi periture casu?
Sanguinem semper DEVS innocentum
Omne pœnarum genus aggregando
Vindicat ultor.

Sors manet sæuos eadem Tyrannos,
Quos Satan tristi furiauit ira,
Vt Sacrum CHRISTI populentur armis
Duriter agmen.

Tu quoq; EOO truculentus orbe
Qui CYP RVM immani rabie fatigas,
Es breui pœnas scelerum seuera
Lege daturus.

Cum DEO nostros miserante casus
Sortis horrendæ tolerabis ictus,
Teq; torrenti violentus ultor
Igne cremabit.

Nos qui.

Nos quibus pax, & requies **P**RETOCI

Est data, ex imo pia nota corde

Sapè fundamus, liceat quotannis

More recepto

Hoc **I**VBAR dulci in patria, domoq̄,

SOLIS **Æ**TERNI celebrare grato

Ore, cunctorum **D**OMINVM datorem

Usq̄ bonorum.

Carne **H**OMO nobis similis reponat

Cum suis nostros fragiles ut artus,

Det **D**EV S vitam sine fine, det **R**EX

Regna futura.

Tunc ubi cursum brevis huius eui

Finiet lethum, faciat benignus

Criminis labe ut vacui inuolemus

Aethera summum.

SYLVA QVARTA.

AD **A**MPLISSIMVM **V**IRVM

Valerianum Dei gratia Vlnensem Episcopum

bonarum artium studiosorum Mecæ,

natem liberalissimum,

Præsul

PRÆSVL INCLYTE, cui seuera Pallas
Cælestis Sophiæ rigat liquore
Pectus à teneris DEO dicatum,
Virtutumq; caput sub astra tollit
Nullo tempore desitura fama.

Cum Musæ tibi sint amœniores
In tanto precio, extruas ut illis
Hic pulchras patrie ad fluenta Vilnæ
Aedes, sumptibus hos fouens per amplis,
Magna dexteritate qui inuentam
Quicquid circus habet scientiarum,
Et linguas varias docere possunt:
Litvano mea gratulatur orbi
Hoc nouum meritò decus Thalia,
Et longi tibi comprecatur æui
Felicissima tempora, inchoatum
Ritè ut perficias opus, quod ætas
Pleno postera concelebret ore.
Hæc exempla sequi deceret omnes,
Quorum in Lachiadum potente regno
Exornant caput Insule bicornes,
Et fortuna opibus benigna magnis
Primo constituens loco beauit,

Hunc

Hunc illis animum det ut supremi
 Rector ille poli, petat frequenti
 Voto quilibet artium bonarum
 Cultor, & solida eruditione
 Qui pectus studio imbuit fideli:
 Pulsis Barbariae malis tenebris
 Ut tollat iubar aureum sacrarum
 Priscus ille nitor scientiarum

Te verò columen, decusq; grande
 Virtute, ingenio, & manu potentis
 Lituanae gelido sub axe gentis,
 Insigne ob meritum sub astra doctis
 Semper carminibus ferant alumni
 Musarum, & studij elegantioris.
 Idem illos, Sophiae sacratori,
 Et totos tetricae dies Mineruae
 Qui dant auspicate, atq; liberali
 Patrono, facere usquequaq; par est,
 Grato saepius ore concinentes,
 VIVE praesidium, decusq; nostrum
 PRAESVL optime, teq; serò cali
 Benignissima parca sistat arce,
 Cum iam gloria nominis per orbem
 Totum magnatui vndiquaq; surgens

C

Ad sum.



*Ad summum veniet, tibiq; iure
Nomen nobile syderis corusci
Doctrinae, sapientiaeq; verae
Sectator dabit omnis, arduaeq;
Virtutis, faciat potenter illa
Cum nos caelitibus pares beatiss.*

SYLVA QUINTA.

DE NVPTIIS SOLENNIBVS

Michaelis Czartoriscij Ducis, & Sophiae Chod
kieuiciae e nobilissima Patriciorum Lituano
rum prognatae familia, Hnesnae Quinto Calen
das Nouembres Anno salutis. 1 5 7 1.

celebratis.

*Mitte graues tandem curas, animumq; relaxa
Infelix vates, longiq; oblita doloris.
Mens alacris, festumq; diem, letosq; hymenaeos
Concinat ad structos solito iucundius ignes.*

Dicite Io culti iuuenes, nitidaeq; puellae.

CHRISTVS adest sacro thalami genialis honori
Terrarum, caeliq; potens, Erebiq; profundi,
Ordinis ipse sui custos qui perpete vinclo
Te CZARTORISCI, teq; o lectissima VIRGO
Illustri CHODK EVICIAE de sanguine Gentis
Coniungit,

Coniungit, placidumq; animis inspirat amorem.

Dicite Io culti Iuvenes, nitidæq; puellæ.

In teneris florens quòd CZARTORISCIUS annis

Castra maritali porrexerit ora capistro,

Illam pio laudem res Principe digna meretur,

RVSSIACA heroum de NOBILITATE superbis

Qui titulis veteri splendens præsignis ab æuo,

Contemptis mundi illecebris, totoq; vagatur

Impuræ Veneris quæ penè licentia in orbe,

Maluit ad SVMMI præscriptum viuere REGIS,

Vt primi humani generis vixere parentes.

Tharriades ut vixit, & eius tota propago

Grata DEO, sanctæq; exemplum nobile vitæ.

Dicite Io culti iuvenes, nitidæq; puellæ.

En Paranympbus adestus ille o SLVZIA Princeps,

Vertice sublimi quem virtus tollit in astra,

Et meritò Litauo antè alios spectandus in orbe est,

Diuitijs, opibusq; potens, qui se quoq; præbet

Perfacilem Musis hac tempestate patronum.

Dicite Io culti iuvenes, nitidæq; puellæ

Confectus longo vir præstantissimus æuo,

VILNENSIS, cui Militiæ suprema potestas,

CASTELLANUS adest, Neptisq; ex fratre hymenæos

Condecorat, NATVS iuuenis clarissimus vna

Dignus ALEXANDER tam pulchro nomine, spiret
Magnanimo Martem cum pectore sed tamen artes
Ingenuas magno qui sic dignatur amore,
Elauri ipse sacram ut mereatur fronde coronam.

Dicite Io culti Iuvenes, nitidæq; puellæ.

TROCKA tuæ CASTELLANVS dignissimus oræ,
Consilio EVSTACHIVS, sapienti & corde meretur
Litvani nomen qui syderis: inlyta virtus
Quem semper gremio placidè fouet, atq; beato
Nectare perfundit, ad connubialia venit
Gaudia, ut hæc merito vir splendidus ornet honore.

Dicite Io culti Iuvenes, nitidæq; puellæ.

HIS HLEBOVICIVM iunxerunt fata IOANNEM
Dextera, Pieridum qui cum sit dulcis alumnus,
Militiam studijs coniunxit & aspera bella
Mitibus, & varijs tenero sub flore iuuentæ
Quantum vis iactarit eum fortuna procellis,
Quoslibet inuictò superauit pectore casus.
Hanc idè ob causam nunc promptè contulit illi
REX CASTELLANI noster MINSCENSIS honores.

Dicite Io culti Iuvenes, nitidæq; puellæ.

Tu quoq; KISKA venis patriæ spes magna, decusq;
Gentis, Niliacos exæquat cuius olores
Candore insigni mens candida, rariùs euo,

Quo nihil

Quo nihil est nostro, solers prudentia venit
Cui sermè antè pilos: **LITAVO** hinc **STRVCTORIS**
Fungeris officio, donec maiora dabuntur (in orbe
Et genere, & virtute tua dignissima, postquam
Numine propitio in maiores creneris annos.

Dicite Io culti Iuvenes, nitidæq; puellæ.
Nect tu qui **REGIS LEGATI** munus obisti
VOYNA tacendus eris hoc carmine, tollit in altum
Quem iurè integritasq; fidesq; & ad omnia promptū
Ingenium quecunq; iubet ter maximus ille
SAVROMATVM AVGVSTVS populose sceptriger

Dicite Io culti Iuvenes, nitidæq; puellæ. (oræ,
RVSSIACA FOELIX & IAROSLAVIVS adsunt
Prognati de gente **DVCESS**, natura beatas
Contulit his dotes animi, rectisq; bonarum
Addixit rerum studijs vt in ardua tendant,
Sint licet ætatis nunc primo in limine, pergant
Sic modò, dextra aderunt tam pulchris numina cœ.

Dicite Io culti Iuvenes, nitidæq; puellæ, (ptis
Ingentiq; strepant **HNESNANA** hæc atria plausu.
Id petit à vobis longè humanissimus **HOS P ES**,
Syderei nitido delapsus culmine cœli,
Carmine quem nuper tali insigniuit **APOLLO**.
India **GRYPHES** habet custodes diuitis auri,

At quantò est virtus fuluo præstantior auro.
Tantò qui clypeis insigniatalia gestat
Pluris habèdus erit hic CHODKIEVICIVS HEROS
Magnanimus, prudens, & candidus, Euthea cuius
Pectora virtutis penetrabilia dicere possis,
Thesauri nusquam est melior custodia tanti

Dicite io culti Iuvenes, nitidæq; puellæ.
Qui curat quicquid dignum sapiente, bonoq; est,
Postulat hoc etiam affinis LESNOVIVS, acre
Cui dat iudicium longa experientia rerum,
Europæ totum peragrando parta per orbem.
Nec multos habet ille pares, si iudicet æquus
Arbiter, ingenio, & magnis in rebus agendis
Dexteritate, tua LACHIÆ REX inclyte in Aula

Dicite io culti iuvenes, nitidæq; puellæ.
VOLCKONEM cur Marschalcum grauitate notan.
Præteream, & multis præclaris dotibus? Aut te (dñs
SEMIOTE antiqua præstans virtute, fideq;
Inq; DEVM vera & solida pietate, tueri
Te partes cum ritè tuas, vt sanguine iunctum
Aspiciam SPONSÆ insigni, me iudice & aui
Quæ veteris multas longè anteit heroinas.

Dicite Io culti Iuvenes, nitidæq; puellæ.
Tu quoq; Nobilium Chorearum PETRE Magister,
Italiæ qua

Italiae quarum est penè omnibus vsus in oris,
Magnorum prognate Cypri de sanguine REGVM,
Exhilara quacunq̄ potes: Comes alter ab Aula
Ateneris REGI addictus IACIMIRIVS annis
PAVLVS præstet idem blandis salibusq̄ iocisq̄.
Id certè probitas vestra efficit, ingeniusq̄
Candor, vti magno vos complectatur amore
Quisque bonus REGIS lata in ditione POLONI.

Dicite Io culti iuuenes, nitidæq̄ puellæ.

Id faciat prima de nobilitate clientum
Hospitis hæc ingens spectatu digna corona,
Quæ semper cupidè fremit arma, & Martia gaudet
Castra sequi, & patriæ victricia signa referre

Dicite Io culti Iuuenes, nitidæq̄ puellæ.

Dicat io casti exemplum CHRISTINA pudoris
Hospita, Coniugioq̄ sacro sælicia quæq̄
Exoptans tollat lætos ad sydera plausus.

Illius exemplum prompta mox mente sequetur
Nobilium Matronarum longissimus ordo,
Et SPONSÆ GERMANA, nitet quæ syderis instar
Virgineas inter pulchra ELISABELLA cateruas.

Dicite io culti Iuuenes, nitidæq̄ puellæ.

Et canite hæc mecum sublimi carmina voce,
Viuite sælices Nelei in Nestoris annos

Copula quos

Copula quos irrupta tenet, SPONSE optime, tuq̄
SPONSA decustanti generis, prænobile fato
Cui verum nomen SOPHIÆ imposuere parentes,
Pectore magna tuo siquidem sapientia regnat,
Vosq̄ suis placidè perfundat Iupiter almus
Omni ex parte bonis: det casti pignora lecti
Quæ sacræ egregios virtutis amore parentes,
Laudibus & veris pede dextro imitentur, et æquêt.
Id certò mea mens cernit præsaga futurum,
Nec uana esse sacri præsagia credite vatis.

SYLVA SEXTA.

AD REVERENDISSIMUM
CHRISTO Patrem, & Dominum,
Franciscum Dei Gratia Cracouiensem
Antistitem, multis præclaris
virtutibus Ornatissimum



Francisce

F FRANCISCE Regni præsidium & decus,

Cuius sacro pectora flamine

Rector potens cæli atq; terræ

Dirigit ad meliora: & inde

In hoc tumultu consiliis tuis

Is obuiam, ne publica res malis

Discordiis diuulsa tristem

Attrahat hinc ruitura cladem.

Munus profectò id Præsulis est boni,

Namq; ille curat publica commoda

Præferre priuatis, & vsq;

Ob patriæ vigilat salutem.

Paratus ipsam ponere si est opus.

Vitam, vetusti temporis vt viri

Fecere summi, laus in altum

Quos vebit, & superis coæquat.

Laus æqua nomen prouebet & tuum

Cunctas per oras Christiadum, poli

Dum stella frigentis micabit,

Quæ nequit occidere, & volucris

Tuum paternum stemma suum ducem

Sequetur atras sub tenebras, vt

Mundi istius dux in tenebris

Est tibi perpetuò alma virtus.

D

Sylua

SYLVA SEPTIMA.

CARMINA QVÆDAM GRÆ-
tulatoria, de fœlicî in Poloniã aduentu HEN-
RICI Valefij potentiffimî Sarmatiæ
Principis conſcripta.

MIEDZIRZECII, ea die qua fines REGNI
ingreſſus eſt, quæ fuit XXIIII Ianuarii.

HENRICE, *Augustos qui Reges inter auita*
Sic virtute nites medio vt ſol aureus orbe:
Ad tua regna veni fatis fœlicibus: omnes
Ex æquo tibi gratantur fortesq; boniq;
Lachiadum, & Litauũ proceres, Equitũq; cateruæ
Terribiles ſumptis vicinis hoſtibus armis,
Omnis & imperio huic parèt quicunq; potenti.
Sceptra cape, heroes quæ geſtauère benignis
Sarmatici manibus veteris de ſtirpe Piaſti,
Et Iagellonis: noſtrorum ampliſſima gentis
Per quem ſydereas ſe gloria tollit in arces.
Sæuus Hyperboreos poterit iam Moſcus ad axes
Maturare fugam, Scythicæq; immania gentis
Agmina: quiſquis & eſt noſtri nunc nominis hoſtis.
Nam præſtò eſt Henrice tibi victoria cælo.
Postmo. lò PAX etiam noſtris gratiſſima terris
Flore.

Florescet: quam Religio, Pietasq; sequentur,
Et Virgo è cælo terras Astræa reuifet,
Omnia sic venient iam te bona Principe nobis:
Certa animi siquidem sunt hæc præfagia nostri.

Carmen anni numerum continens.

LV Ce q*V*aterfena IanI fœ*LIC* Iter oras
Regni Hen*RIC*e t*V* & La*CH* IDos Ingred*ER* Is.

AD PRINCIPES GAL
LICOS, ET RELIQVOS EIVS
dem nationis Regios Comites, & Aulicos.
IBIDEM.

INcl^{ya} Gallorum gens: seu Mauortia bella,
Siue togæ laudes spectemus, opesq; superbas,
Quas vobis pleno profundens copia cornu
Efficit, vt Regnum non sit florentius vllum
Christiaco, quocunq; animum vertamus, in orbe.
Venistis nostras longè gratissimi in oras
HENRICI Regis comites, cui sceptrâ Polona
Auspiciis latis dat summus Rector Olympi,
Ille vt ad exemplum Caroli, belloq; potentum
Francorum Regum, nostris ceruicibus hostes

D 2 Immanes

*Immanes Moscos, immansuetamq; Getarum
Depellat rabiem, Lachicosq; ad Caspia fines
Æquora protendat: Rex Boleslaus ut alter
Erigat æternas victricia signa columnas.
Post Deus hæc faciet sint ut rata cuncta benignus,
Vos pede nunc dextro regionem intrate Polouam,
Talibus & vinculis cœptum firmetis amorem,
Rumpere nulla queat satis quæ tristibus ætas.*

**AD INCLYTAM
POSNANIENSEM VRBEM DIE
XXVIII Ianuarij qua Rex illam
ingressus est.**

POSNA beata tuis successit mœnibus hospes
Rarus, & à longo similis cui non fuit æuo,
Francorum veteri cœtus de sanguine Regum
Henricus Princeps, sumptis Mars alter in armis.
Qui placidareget vsque manu prædiuitis oras
Sarmatiæ, domito referetq; ex hoste triumphos.
Vota DEO reddas igitur, sacrasq; per aras
Thura adole: non vlla dies fœlicior vnquam
Illuxisse tibi potuit, niueoq; lapillo
Signata à Saclis quæ sit memoranda futuris.
Principe

Principe quandoquidem te fata secunda subisto
Florentem facient: hoc Iupiter annuit illi,
Aurea Lachiadum redeant quò secula genti
Hic dum sceptrum tenet iustus, fortisq; Monarcha,
Par magnis Boleslais, quorum inclyta fama
Solis ab occasu sese protendit ad ortus.

Carmen anni numerum continens.

EXCEPIT CELEBRITATE POSNA HENRICI TRIVMPHO,
PAR ET LATITANTIA NOBILITATIS ERAT.

DE AQUILARE GNI POLONICI, ET LILIIS Gallici, præclaris insignibus.

Lachiadis Aquilas insignia, LILIA Gallis,
Lilia quæ caelo demissa feruntur ab alto,
Qui data ab antiquo felici numine diuum
Aspicit, & coniuncta videt: Regina Volucrum
Sacra Ioui summo cum sit, sit & armiger eius,
Auersosq; omnes sibi proterat: Aurea Sacra
Lilia caelestem spirent virtutis odorem,
Ille negare nequit, noster quò parturit orbis
Magnum aliquid, longo felix quod floreat æno,
Christiadum quò se Respublica tollat in altum.

Quod quæ

to pmo

NVMERVS ANNI QVO CRA.
couiam ingressus est hoc Mono-
sticho continetur.

CraCoVIaM HenRICVs nosser CæLo aVspICE VenIt.
Hoc verò Coronationis annum continet.

Die 21 Februarij,

CInCiVsqV e bIC LaChIæ est aV gVsta DeInDe Corona.

DE INGRESSV RE-
GIO CRACOVIAM DIE
XVIII Februarij.

C Racouiam caelo venisti HENRICE sereno,
Cuncta serenascunt quòd per te in Lachidos ora
Iupiter iudicium facit æthere clarus in alto.

Tricesi tetricas animo depellito curas:

Sume Lyram, Regisq; tui solennia canta
Gaudia, quæ Craci succedens mœnibus altis
Fert animo, Proceresq; vidēs, Equitesq; Polonæ
Et Litauæ gentis, gemmis auroq; nitentes,
Rege habitate nouo lætos celebrare triumphos,
Splendida magnorū quondam penetralia Regū.
Exemplo quorum moderabitur ille potentes
Iusticia semper populos, & legibus æquis,
Proteret

Proteret aduersos instar quoq; fulminis hostes,
Quo te nunc animo Moscorum perfide Princeps
Esse putem: bellumnè paras? At vindice summo
Numine sænitæ & scelerum, te horrèda ruina
Iam manet, Hèricus Rex iusta vbi sumpserit arma.
Poscere si pacem legatos mittis, & illa
Desperanda tibi est, extemplo ni omnia rursum
Restituis, terra à Litauum quæ auulsa fuère
Præteritis annis, vt tristia fata ferebant:
Sed meliora vehent tali sub Principe nostræ
Iam res Sarmatiæ, magna cum laude redibunt
Ad nostrum imperium siquidem de p̄dita, & hostis
Aut letho occumbens in pugna sceptrâ relinquet
Victori, aut captus, sæuis cinctusq; catenis,
Supponet pedibus Regis caput, & sua tradet
Omnia Hyperboreo quæcunq; habet ille sub axe,
Atq; ita pax nostro tandem florebit in orbe.



Sylua

SYLVA OCTAVA.

AD MAGNIFICOS, ET OMNI-
gena virtute præstantissimos viros D. Docto-
rem BARTHOLV M Richium, Otho-
nem Raminum, & NICOLAV M Vilhels-
mum à Vangen, Illustrissimæ Principis SO-
PHIÆ Brunsvicensium, & Luneburgensium
Ducis Oratores, peracta legatione ad
suos redeuntes.

*I*Te bonis anibus Germanas rursus in oras,
Ite molestarum post tædia tanta morarum:
Atq̄ iterum salvi dulces redeatis amici
Varsavian: REX fortè poli, melioribus illic
Auspiciis capiant ut vestra negocia finem
Optatum, efficiet, REGIS, Magniq̄ SENatus
Sauromatum flectens animos: quod pectore toto
Addictus vobis vates TRICESIVS optat:
Utq̄ citò illa dies, reduces quæ cernere possit
Ne desyderio vestri tabescat, amico
Sydere Lachiæ orientatur candida terris.
Cui grauis exprimit hos nunc indignatio versus:
CRas, longæq̄ Moræ Stygias properate sub umbras,
Ne legato.

Ne legatorum commissa negocia agentum,
Atq; horum nostra qui nunc versantur in Aula
Pectora discruciet propter vos anxia cura:
Sitq; HO DIE in precio, quò rebus ritè peractis
Clarescat menti lux tristi nube fugata
Eheu dirarum nostra in regione morarum,
Nominis haud parua certè cum labe Poloni.

SYLVA NONA.

AD HENRICVM VALESIVM
Sarmatiæ REGEM POTentissimum, post
illius inopinatum ex Arce Cracouiensi in
Galias 18 Iunij discessum.

QVÆ fuit illa dies, qua Craci egressus ab arce
Iuisti ad patrie ditia regnitate,
Illa meum tali violauit vulnere pectus
Cui poterit medicas nemo adhibere manus,
Te præter solum mea lux, mea summa voluptas,
Prospera te quando sata redire sinent.
Iuisti siquidem superum fuit illa voluntas,
Impulit vt patriæ te pia cura tuæ,
Iuisti, at tecum solatia nostra tulisti,
Nam teritur tempus luctibus omne mihi.

E

Siue

*Siuè diem Phœbus mortalibus attulit almam,
Cum lachrymis nobis tota abit illa dies.
Siuè tenebræ sunt alta silentia noctis,
Non tamen hæc nostro pectore cura silet,
Sed gemo, nec requies animo datur vlla doloris,
Turtur vt amissa compare triste gemit.
Sæpius ingeminans, Lachicum cur deseris orbem?
R E X Henrice decus, delictumq; meum?
Sic olim passis lugens Ariadna capillis
Credibile est tales quod tulit ore sonos,
Deseris ab miseram cur me fortissime Theseu?
Cur repetis patriam me pereunte tuam?
Scilicet orbatae, sic me mea sata trahabant,
Nulla vacat lachrymis nox mihi, nulla dies.
Sæpè ego Vistulei spaciens ad fluminis vndas
Flebili idem Nymphas audio voce queri,
Deseris ab tristes cur R E X Henrice Polonos?
Cur facis vt lachrymis nocte dieq; vacent?
R E X Henrice redi, fidamq; reuisito gentem,
Nec patrio longas neçtito in orbe moras,
Sed propera, solare tuos, prohibeto ruinam,
Nec sine quò pessum totus hic orbis eat.
Iam siquidem vario miscentur cuncta tumultu,
Iam Scythæ Podolicos depopulatur agros.
Iam M o.*

Iam Moscus Regni spem concipit, ast erit illi
Pro Regno Cyprij magna merenda bouis,
Teredeunte iterum spem totam ponet, eritq;
Podolicus Scythico liber ab hoste locus.
Pax erit, & posito crescent noua gaudia luctu
Sarmatiae toto protinus orbe tuae.
Ipse ego qui morior curis, tristiq; dolore
Tu saltem redeas mox rediuiuus ero.
Carmen anni numerum continens.

Henricvs CroCa Gallvs Discessit ab Vrbe
Ah Rege orbano Vo patria nostra Dolet.

SYLVA DECIMA.
AD IOANNEM DEMETRI
um Solicoiunum virum clarissimum Lutetiae in
aula HENRICI REGIS
commorantem.

Felix omnium SOLIcui candide, felix
Nominibus multis esse videre mihi,
Qui faciem HENRICI Regis tuearis, & ora
Credibile est summum qualia ferre Iouem.

Qui spectes Matrem, Reges sacunda tot alio
 Quae tulit, insignes Arte, togaq; viros,
 Deliciisq; suis tibi blanda Lutetia curas
 Eximat, omnigenis vsq; referta bonis.
 Me tristes inopem curae, luctusq; fatigat,
 In patriaq; miser versor ut exul humo,
 Conspectu nimium chari mihi Principis orbis,
 Qua potes his nostris tu medeare malis.
 Sollicita REGEM misso diplomate rursus
 Surgere spem faciat vatis ut ille sui.
 Sic opera ille tua TRICESIVS esse Poeta
 Felix & florens, quod fuit ante, potest.
 Cuius laudabas arguto carmina cantu,
 Quem te dicebas fratris amare loco,
 Partiriq; tuas fortunas velle, solebas
 Scribere, cum misero quando fuisset opus.
 Nunc opusest inopem pereat ne forte iuare,
 Possit ut ex humili surgere rursus humo,
 Cesset & asiduo tandem tabescere luctu,
 Ac felix vita liberiore frui.
 Tu quoq; ter felix ad nos cum Rege redito
 Ocyus, atq; animi sint rata vota mei.



SYLVA VNDECI^m MA.

AD BERNARDVM MATEIO,
uium Aulæ Regni Poloniae Vexilliferum in Ita-
liam iter adornantem.

IBis in Italiam MATEIOui, Urbemq; reuises
Perdomiti quondam quæ caput orbis erat.

At nobis, qui te colimus, prægrande relinques

Hic desyderium vir generose tui.

Quod nostri officij est, onerabimus æthera votis,

Hoc tibi propositum quò bene cedat iter.

Vtq; iterum redeas magna cum laude, tuisq;

Quæ te absente ferent tædia longa leues.

Atq; vtinam redeas, Respublica nostratumultu

Libera cùm superum pace fruetur ope:

Teq; Senatorum videamus in ordine primo

Sauromatis dantem patria iura tuis.

Scilicet exemplo maiorum hoc orbe tuorum

Virtuti per te tunc suus esset honor:

Esset honor studiis, & Apollinis artibus, illam

Adferrent postquàm fata benigna diem.

Per lege Turcarum quam non sit fideret tutum

*Christiadas vastant qui ferro atq; igne, tyrannis,
Et si delectant te publica commoda, cernes,
Christiadis vis prisca animi si quando rediret,
Non ita dormirent altum, luxuq; soluti,
Turpem desidiam sequerentur, & ocia, at omnes
Certatim sumptis ruerent feliciter armis
In Turcas, essetq; breui seuissimus hostis
Seruus, ut antè fuit, Christo duce, & auspice Chri,
Per vestram vos oro fidem, perq; omnia sacra. (Sto,
Chri.*

Hoc equidem sperat post certò quisq; futurum
Virtutes cernit qui modocunq; tuas.
Tu saltem perge ut cœpisti, gloria nectit
Quandoquidem capiti laureaserta tuo.

*Christiadas vastant qui ferro atq; igne, tyrannis,
Et si delectant te publica commoda, cernes,
Christiadis vis prisca animi si quando rediret,
Non ita dormirent altum, luxuq; soluti,
Turpem desidiam sequerentur, & ocia, at omnes
Certatim sumptis ruerent feliciter armis
In Turcas, essetq; breui seuissimus hostis
Seruus, ut antè fuit, Christo duce, & auspice Chri,
Per vestram vos oro fidem, perq; omnia sacra. (Sto,
Chri.*

SYLVA DVODECIMA.

COMMENDATIO LIBELLI
Matthiæ Stricouij de libertate Sarmatiæ, & tris-
sti seruitute Christianorum sub Tur-
cæ Tyrannide.

Per lege Turcarum quàm non sit fideret tutum,
Christiadas vastant qui ferro atq; igne, tyrannis,
Et si delectant te publica commoda, cernes,
Christiadis vis prisca animi si quando rediret,
Non ita dormirent altum, luxuq; soluti,
Turpem desidiam sequerentur, & ocia, at omnes
Certatim sumptis ruerent feliciter armis
In Turcas, essetq; breui seuissimus hostis
Seruus, ut antè fuit, Christo duce, & auspice Chri,
Per vestram vos oro fidem, perq; omnia sacra. (Sto,
Chri.

Per lege Turcarum

Woy Nam
Panic Brac

Christiade, euigilate, animosq; attollite vestros,
Et ruite in Turcas sacro fœdere iuncti,
Præstò ad rit vobis cælum qui temperat altum
Auxilio Deus omnipotens, vincetis, & hoste
Perfractò, & domito, & vestro procul orbe coactò
Cedere, cum magna referetis laude triumphos.
Experti vos ista monent, TAR Anouius omnem
Lustravit qui Barbariem mala plurima passus,
Et nunc legatus Getici redit orbe tyranni:
ILLI usq; comes Musarum dulcis alumnus
STR Iconius: Vidit qui Turcas, atq; tyrannum
Moscorum gentis, quo non immanior alter.
Ante fuit, nec erit, vasti dum machina mundi
Stabit, TRICESIO vestro quoq; credite vati.

SYLVA TERTIA DECIMA.

AD IOANNEM DEMETRIUM
Solicouium Scholasticum Lanciciensem, & Hen
rici Galliarum & Poloniæ REGIS
Secretarium.

Lethæi

LEthæi forsan SOLICOU fluminis vndas
Hausisti, teneant cum tanta obliuia nostri
Te mi anime, vt fidum iam non digueris amicum
Responsis, velut ante, tuis: quis credere posset?
Ah nimis hoc verū ē cecinit quod Musa Properti,
Omnia vertuntur, certè vertuntur amores.

Visla retrò propera, versèq; recurrite lymphæ,
Oppida quantū oculis properanti ad Gallica, tantū
Pectore abiuit amor SOLICOVI, deq; Poëta
TRICESIO in tenues dilapsa euanuit auras
Cura: dato ò planctus, & scissis nostra Camæna
Exululato comis, summum testando dolorem.
Deposuit curam nostri SOLICOVIVS omnem,
Nullaq; iam veteris restant vestigia amoris.

Imprecer in tanto positus quid Gallia læta
Deliciis ego sæpè tuis? quæ causa fuere
Ne possit meminisse mei SOLICOVIVS, ipsis
Qui mihi charior est oculis, & nobile cuius
Dulcius Ambrosia est mihi nomen: quò seror amēs?
Dèlicias quid culpo tuas ditissima rerum
Orbe sub occiduo tellus? crudelia cælo
Sydera quæ tristi nostros fulsere sub ortus
Sunt potiùs culpāda mihi, vt benè competat in me,
Olim

Handwritten grid with Latin characters:

a	t	o	r	
a	r	e	p	o
t	e	n	e	t
o	p	e	r	a
r	o	t	a	s



Olim de magno quod erat Demosthene dictum,
Diis ille aduersus genitus, fatoq; sinistro.

Cedite sed tandem crudelia fata, meiq;
Astra benigna mihi SOLICOVI reddite amorem:
Vtq; aliquid scribat HENrici Regis ab aula
Efficite, inde mei quò sint solatia luctus.
Nam mihi spes iterum tali ratione redibit
Quòd cura non sim dulcis viduatus amici.

SYLVA QVARTA^o DE CIMA.

AD EVNDEM IOANNEM DE
metrium Solicouium è Gallia reducem.

GRatulator incolumem SOLIcovi è ditibus oris
Gallorum auspiciis te rediisse bonis.

Consiliisq; tuis patriæ iam penè ruenti

Quòd subitam properas ferre salutis opem:

Scilicet idcirco mea Musa reuixit, & omnis

Sollicito cessit iam mihi corde metus.

Iam sperare licet, rebus lætissima nostris


Tempora quòd fausta sint reditura die.


F

Da c3.

Da cytharam Grynæe mihi, lauroq; virenti
 Sacrativatis tempora cinge tibi.
 Læticia exulto: SOLICOVIVS ille rediit
 Charior est ipsis qui mihi luminibus.
 Vistulides Nymphæ festas agitate choræas,
 Quercinum cantu perstrepat omne nemus
 Multifono Dryadum: sic nostri dulcis amici
 Felicem aduentum concelebrare decet.
 Vos quoq; solemni, poscunt ut gaudia, ritu,
 Hic ubi SISMVNDI regia celsaniter
 Thura sacerdotes sacras adolete per aras,
 Promissa & summo reddite vota DEO.
 Ille decus vestrum rediit SOLICOVIVS, ille
 Lachiadum magni gloria magnasoli:
 Utq; diu felix synceris viuat amicis,
 Et patrio vestri sit gregis orbe caput,
 Vos & Musarum studiis addicta iuuentus
 Assidua superos sollicitate prece.
 Sauomatum populis sic aurea sæcla redibunt
 Omnigenis dextro sydere plena bonis.







6442
9

